
Lingua Lusitana

Lingua Lusitana[1][2][3] seu **Lusitanica,**[4] sive **Portugallica,**[5] est lingua Indoeuropaea familiae Romanicae subiuncta. "Extremus flos Latii, incultus pulcherque" appellatur in "Lingua Lusitana," poemate Olavi Bilac (1865–1918), Brasiliensis Parnassisticae scholae poetae.

Lingua Lusitana português	
IPA:	[puɾtu'geʃ ~ poɾtu'ges]
Taxinomia:	Linguae Indoeuropaeae Linguae Romanicae Linguae Romanicae occidentales Linguae Gallaico-Lusitanae **Lingua Lusitana**
Locutores:	210 000 000 – 230 000 000
Sigla:	1 pt, 2 por, 3 por
Status publicus	
Officialis	Lusitania, Angolia, Brasilia, Guinea Bissaviensis, Insulae Sancti Thomae et Principis, Macaum, Mozambicum, Promontorium Viride, Timoria Orientalis, necnon Unio Europaea
Privata	permultae civitates
Litterae:	
Scriptura:	Latina
Procuratio:	-



Familiae linguisticae coloribus Vicipaedicis pictae

Index

Loci

Homines lingua Lusitana non modo Lusitanorum loquuntur, sed hic sermo adhibetur etiam in America Australi (Brasilia) atque in quibusdam Africa Austrina partibus (sicut in Angolia, Mozambico, Guinea Bissaviensi) et Asiae (Goa) nec non in Timoria Orientali atque in multis insulis et partibus orbis terrarum.

Origo

Lingua Lusitana, quamquam inter linguas Romanicas numeratur, etiam linguis Gothica et Arabica adfecta est, nam primo Celtae in Lusitaniam invaserunt, postea Romani, denique Visigothi et Arabes.

De vocabulario

Lingua Lusitana multa vocabula Latina conservat.

De grammatica

Declinatio et coniugatio in lingua Lusitana simpliciores sunt quam in Latina. Verborum ordo magni momenti est.

Nugae

Salve, aurora! eia, refulge!
Eia, anima valles, montes!
Hymnos canta, o Philomela,
Hymnos jocundos, insontes!

Quam pura, quam pudibunda
Es tu, aurora formosa!
Diffunde odores suaves,
Divina, purpurea rosa!

Eia, surge, vivifica
Pendentes ramos, aurora!
Aureos fulgores emitte,
Pallidas messes colora!

Matutina aura, mitiga
Solares nimios ardores;
Inspira gratos Favonios,
Euros, Zephyros profectores.

Eoa, Tithonia Diva,
Fecundos campos decora,
Canoras aves excita
O serena, bella aurora!

Protege placidos somnos,
Inquietas mentes tempera,
Duras procellas dissipa,
Terras, flores refrigera!

Extingue umbrosa vapores,
O sol, o divina flamma!
Lucidas portas expande,
Tristes animos inflamma!

Salve, aurora! eia, refulge!
Eia, anima valles, montes!
Hymnos canta, o Philomela,
Hymnos jocundos, insontes!

Hi versus, qui legendi Lusitane et Latine erant et scripti sunt ab Antonio de Castro Lopes, magno Latinista et glottologo Brasiliensi (Urbe Fluminensi, 1827-1901), ostendunt consanguinitatem linguarum Lusitanae et Latinae. Castro Lopes verba nova varia Lusitane pariebat pervulgata in Brasilia, e.g. *convescote* (Anglice

'picnic', convivium subdiale) et *cardápio* (Francice 'menu', index escarum). Lingua Lusitana autem Emendatione Orthographica anni 1941 mutata expeditaque est.

Nexus interni

- Litterae Lusitanicae

Notae

1. Pereira 1672: vide bibliographiam nostram.
2. Paulinus Bartholomaeus, *Vyacarana* (1904) p. xix, nota n, ad fin. (http://www.archive.org/stream/vycaranaseulocu00bartgoog#page/n20/mode/2up)
3. "Nobilissima lingua Lusitana": Manoel Severim de Faria in *O instituto* vol. 1 (1853) p. 253 (Textus (https://books.google.com/books?id=CawDAAAAYAAJ) apud *Google Books*).
4. Athanasius Kircherus, *Turris Babel, sive Archontologia* (Amstelodami: Jansson-Waesberge, 1679) textus (https://archive.org/details/turrisbabelsivea00kirc/) p. 200
5. Everhardi Ottonis *Primae Lineae Notitiae rerum publicarum* (1726) (http://books.google.fi/books?id=on5BAAAAcAAJ&pg=PA303&lpg=PA303&dq=%22linguam+Portugallicam%22&source=bl&ots=K3f3_1mwuA&sig=9Kt5ZbAJ8mh1GRcp4ouD79PVnwY&hl=fi&ei=l3VoTJ_FKpDgOOnbtbgF&sa=X&oi=book_result&ct=result&resnum=2&ved=0CBkQ6AEwAQ#v=onepage&q=%22linguam%20Portugallicam%22&f=false).

Bibliographia

- Pereira, Benedictus. 1672. *Ars grammaticae pro lingua Lusitana addiscenda Latino idiomate proponitur.* (Textus (https://books.google.com/books?id=dg1EAAAAcAAJ) apud *Google Books*)

Nexus externi

Vicimedia Communia plura habent quae ad **linguam Lusitanam** spectant.

Lege de **lingua Lusitana** in **Vicilibris**.

Linguae Romanicae

Anglo-Normannica · Auridunica · Aragonensis · Aromanica · Arpitanica · Asturiana · Burgundica · Caesariaca · Campanica · Catalana · Corsa (Gallurica, Sassarensis) · Cispadana · Dalmatica · Dacoromanica (Moldovica, Valachica) · Extremadurensis · Fala · Franco-Comitatina · Francogallica · Foroiuliensis · Gallaica · Gallonica · Guernesica · Lingua Haitiana · Hispanica (Castellana) · Insubrica · Istrica · Istro-Romanica · Italiana (Tusca litteraria) · Iudaeo-Francogallica · Iudaeo-Italiana · Latina Dolomitica · Iudaeo-Hispanica · Legionensis · Ligustica (Monoecensis) · Lotharingica · Lusitana · Megleno-Romanica · Mirandica · Moeso-Romanica · Mosarabica · Neapolitana (Aprutina, Bariana, Consentina, Daunia, Lucana, Molisina) · Normannica · Occitanica · Orobica · Pedemontica · Pictavo-Santonica · Picardica · Romancica · Romanensis · Sarda · Serquica · Shuadit · Sicula (Bruttia, Sallentina) · Tarentina · Venetica (Talica) · Vallonica